Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De generibvs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

In his ſedibus Iambũ,tribrachũ,ſpondeũ,anapeſtũ,dactylũ & pro celeuſmaticũ.In pari aũt hoc eſt,ſecunda,quarta,ſexta,uel ſi lõgiꝰ euagaꝛ octaua & decima,Iambũ tribrachũ & anapeſtũ . In fine uero ꝓpter ultimã indifferentẽ ſyllabã etiã pyrrhichiũ. Sciendum & illud qñ metrũ acatalecticon eſt , in fine Iambũ excipere ſolũ , aut Pyrrhichiũ,qñ aũt catalecticũ , Iambũ in penultima regione , aut perraro tribrachũ.Cæteꝝ Plautꝰ,Enniꝰ,Accius, Terentius, Neuius Pacuuiꝰ,Turpiliꝰ,Afranius,& reliq tam Comici q̃ Tragici ueteres ita Iãbico uſi ſunt,ut in om̃ibꝰ locis indifferẽter locauerint quinq; pedes , Iambũ.ſ.& Tribrachũ,Anapeſtũ , Dactylũ, & Spondeum. Abſq; poſtremo loco , in quo prorſus uel iambũ uł Pyrrhichiũ poſuiſſe inueniꝛ.Erit aũt ꝓbabilis Iambicꝰ uerſus,aptuſq; Tragœdiis ſi ſecũdũ & quartũ pedẽ ,nõ alios feceris q̃ Iambos,aut eũ q Tribrachus,aut Anapeſtus nominaꝛ , qm̃ ſunt pares.Septenariũ uerſum fieri dicit Varro, cũ ad Iambũ q eſt in ſexta ſede,Triſyllabꝰ pes additur , q̃les ſunt Creticꝰ & Amphibrachꝰ , qui etiã Trimetris & Tetrametris apđ Terentiũ frequenter reperiunꝛ.Comici poetæ om̃es fere ſynalœphis , epiſynalœphis, ſiue ſynæreſibus & colliſionibus & abiectiõibꝰ.ſ.literæ ſunt uſi , ſuos uerſus ſcandendo.Terentiꝰ aũt plus oĩbus.Cicero quoq; in quarto Tuſculanaꝝ,Euripidis iambos tranſferẽdo in locis paribꝰ,tam Dactylos q̃ Spondeos ſæpe ponit. Cæterũ Comici noſtri in plæriſq; prologis , & primis ſcænis trimetris utuntur.Plautus aũt in prima ſcæna Amphitruonis Tetrametris uſus eſt,& Dimetris Brachycatalecticis . At Terentius in omnĩ prologo & prima ſcæna trimetris utiꝛ , qui qñq; habẽt penultimã uerſus ſyllabã,in quibuſdã longam & in quibuſdam breuẽ,deinde longiſſimos,i.tetrametros ſubdiderũt , q appellanꝛ quadrati.

DE GENERIBVS.

¶ Genera Iãbici metri,qbꝰ uſi ſunt poetæ , plura perhibenꝛ.Nam ex his,alia ĩtegra,alia clauda,q̃ Scazõta & Coliãbica uocãt , quoꝝ differentiã penultĩa uerſus ſyllaba demõſtrabit.nã ſi breuis fuerit, erit rectũ,& integrũ Iambicũ.ſin longa,delumbe,& claudũ . huius repertor fuit Hipponax,nã ꝑ Iambo ĩductis trochæis ꝯtra legẽ Trimetri Iãbici , metrũ innouauit,qđ Scazon appellaꝛ.i.claudicans, qđ quaſi alienis pedibus in fine maxime ſuſtenteꝛ , & ſic cludicet.

At quia noſtri Comici trochaicis quandoq; utuntur, non erit alienum aliquid de Trochaico breuiter referre.

DE METRO TROCHAICO.

¶ Trochaicũ in locis quidem imparibus excipit Trochæum, Tribrachum, Iambum & Dactylum, in locis autem paribus præter illos etiam Spondeum & Anapeſtum. Cum autem Catalecticum eſt in penultima maxime Trochæum admittit, interdum Tribrachũ. cum autem Brachycatalecticum eſt, in penultimo loco quaterna tempora non recipit. hæc Hæpheſtion, Manlius uero Theodoricus, Trochaicum inquit metrum, q̃uis & ſpondeum, & Anapeſtũ & Dactylum recipiat, ut Iambicum, ei tamen eſt contrariũ quod in Iambico pedes qui locis imparibus recenſi ſunt, in trochaico nõ niſi parib⁹ licet collocari. Trochæus in hoc metro, quod ex eo nomen accepit, locis omnibus poni poteſt. Tribrachus locis omnibus p̃ter ſeptimum. Cæterum in hoc metro, & Tribrachus, & Dactylus & Anapæſtus, non niſi q̃ parciſſime, & conſultis prius auribus ſunt admittendi, quod etiam in Iambico uidem⁹ obſeruari. Nam tametſi omnibus imparibus eius metri locis Tribrachum, Anapeſtumue, aut Dactylum collocandi facultas eſt, rara tamen eorum fit admixtio, neq; ulla, uel in Iambico, uel in Trochaico metro, aut Trochæo q̃ cum Spondeo, aut aptior, aut frequentior poteſt eſſe coniunctio. Terentius autem Trochaico mixto, ut confuſo cum Iambico utitur in ſermone perſonarum.

¶ Cæterum nos p̃cipuo ac ſingulari amore erga ſtudioſos aduleſcentulos prouocati, pedes, quibus uerſus fere omnes conficiunt Iambico & Trochaico metro, ueluti corollarium addidimus, ne prætermitteretur, quod illis futurum utile uidebatur.

¶ DE PEDIBVS.

¶ Pes eſt compoſitio duarum pluriumue ſyllabarum, certa ſyllabarum ac temporum obſeruatione. Dictus, quod eo ita incedere numeri uideantur, ſicuti animalia pedibus gradiuntur. Pes conſtat ſyllabis. Syllabæ temporibus. Tempora uero motu. Pedes aut ſunt duarum ſyllabarum, aut trium, aut quatuor. Pedes qui ex duabus ſyllabis conſtant, hi feruntur.